Drobnin Masoviae Plocen. Dobrinen. Stanislauiensq. Stanisl.
Radziminski Podlachiae Livon. Camenecensq. Stanislao Gostom-
ski de Lezenicze Ravensi Radomien. Nicolao Dzialynski
Culmen. Bratianensq. Janusio Zborowski Palatino Brac-
lavien. Kremenencensq. Palatinis et Capitaneis Stanislao Co-
mite a Tarnow Sandomiriensq. Buscen. et Scobnicen. Joanne
Comite a Tencin Woinicen. Lublinen. Parczovien. Paulo Sa-
minski Lancicien. S. Reg. Mtis Aulae Magistro Joanne
Lesniowolski de obroij Mernen. Posanensq. in Livonia Mar-
tino Lesniowolski Podlachiae Zatoriens Losicensq. Joanne
Dulski Culmen. supremo Tesaurario Regni nostri Branscen.
Lizanen. Suscen. Christophero Lomnowski Sandecen. Joanne
Koscielecki Medzirzecen. Nicolao Firlej de Dambrowi-
ca Biecen. Referendario Curiae Regni Korczinen. Kasi-
miriensq. Georgio Mniszek de magna Kunczicze Radomien. Sa-
nocen. Samborien. Joanne Myszkowski de Mirow Tarnouien.
Joanne Ossowski Colacen. Hieronimo Gostomski Nakleñ
Valcensq. Alberto Radziejowski Warsauien. Stanislao Minski
Zakroczinen. Joanne Bykowski Wojnarien. Lancicien. Sira-
diensq. Castellanis et Capitaneis Andrea Opalinski de
Bnin Supremo Regni Marschalco Maioris Poloniae Gene-
rali Sremen. Lezaiscensq. Alberto Radziwil Duce in Olyka
et Nieswiesz Magni Ducatus Lithuaniae Marschalco Ko-
vnensq. Joanne Zamoyski de Zamoscie supremo Cancel.
lario Exercituumq. Regni Generali Belzen. Knyszien. Mar-
ieburgen. Medzirzecen. Derpatensq. Leone Sapieha Magni
Ducatus Lithuaniae Vicecancel. Theodoro Skumin Magni
Ducatus Lith. supremo Tesaurario oliteq. Stanislao
Przyjemski Marschalco Curiae Regni Kowensq. officialibus
et Capitaneis. Petro Tilicki Proposito Gnesnen. Crac.
Varmiensq. Canonico Secretario Regni Maiore Joanne Tar-
nowski Referendario Curiae Regni Crac. Wladislauien.
Lancicien. Kruswicen. Proposito Joanne Piotrowski
Decano Posnanien. Canonico Crac. Joanne Krasnicki
Cantore Crac. Nicolao Myszkowski Crac. Stanislao Dambski
Luceorien. Canonicis et Secretarijs et alijs quamplurimis
officialibus Secretar. et nuncijs Terrestribus ex omnibus Ter-
ris et Palatinatibus Regni et Magni Ducatus Lithua-
ad praesentia Comitia congregatis.

Alia confirmatio eorundem

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memo:
riam. Nos Sigismundus etc. Scamus etc. Quod cum
animadverteremus tenuitatem proventuum Civitatis nostrae an-
tiquae Varsavien., quae non tantum nullos ferme publicos redi:
tus habens rebus suis prospicere non potest, sed etiam crebris
conventibus inseu Regnis Convocationibus electionibus ita vexatur
ut et singulorum possessores ex tanta hominum frequentia
non parum calamitatis sent. et ea quae ruent vix non rui-
nam minari incipiant et insigni reparatione indigeant in
tanta autem publica egestate in tantis molestiis tanta est
et semper fuit eiusdem civitatis et incolarum fides integri-
tas et constantia, ut in eis nihil vel antecessores nostri vel
nos ipsi desiderare posse videamur. Volentes itaq. Regiae
nostrae propensionis et munificentiae testimonium perpetuum
in eadem relinquere, tum etiam ut ea onera quibus liberari
non potest eo facilius ferat faciendum nobis esse existimavimus
Una cum consiliariis Senatoribus Nunciis Terrarum Universis:
que Regni nostri ordinibus ad praesentem generalem conven-
tum congregatis, ut eidem Civitati antiquae Varsovien. Te-
loneum tam aquaticum quam terrestre a rebus et mercibus
tam adverso quam secundo flumine ductis et reductis quod
eadem civitas ex concessione et speciali Privilegio Serenis-
simi olim Regis Stephani Antecessoris nostri ad intercessi-
onem Serenissimae Principis Dnae Dnae Annae Dei gratia Reginae
Poloniae etc. Amitae nostrae charissimae ad decennium habuit ei-
dem civitati eiusque incolis perpetuo, donaremus, concederemus et
incorporaremus sicut per praesentes donamus, concedimus et
incorporamus in usus civitatis publicos exigen. et convertend.
ita tamen ut ab eiusmodi Telonei solutione merces omnes No-
bilitatis Regni nostri propriae vigore Constitutionum Regni perpetuo
liberae sint et immunes. Tum etiam dict. iii quartum ratione eo-
rundem Teloneorum antea quarta pars proventuum ad defen-
sionem Reipub. spectans iuxta constitutiones Regni Rawam
dari consuevit. Ut et Civitas Varsovien. eandem pendat
Salvo tamen iure moderni possessoris. Quod ad omnium et sin-
gulorum et praesertim subditorum nostrorum mercaturas tam
per aquas quam per terram exercentium notitiam deducimus
eisdemque serio mandamus ut solutioni Thelonei praefati
non contraveniant, neque eam ullis excogitatis modis eludant
sed eam more antiquo eidem Civitati Varsavien. praestent sub
poenis in Transgressores Teloneorum legibus sancitis et ubi

receptis si quos Transgressores Magistratui eiusdem civitatis cum subsidio Capitanei nostri Varsovien. aliorumque officialium nostrorum si id necessitas postulaverit utcunque puniendos fuerit animadvertere plenam relinquimus potestatem. In cuius rei fidem et firmius testimonium praesentem concessionem nostram cum omnium ordinum Regni nostri consensu publice celebrat. Constitutionibus Regni nostri inseri hasque literas manu nostra propria subscriptas sigilloque appresso Maiestatis Regni nostri muniri Mandavimus. Actum et Datum per manus Reverendi in Christo Patris D. Alberti Baranowsky Epi Premysliensis R. nri Vicecancellarij Warsaviae in conventione Regni nostri generali die 17 Mensis Aprilis Anno Dni 1589 Regni vero nostri anno secundo. Sigismundus Rex subscripsit

Mandatum ad Farensbek.

Sigismundus etc.

Magco Georgio Farensbek Praesidi nostro Vendensi in Livonia Sincere nobis dilecto gratiam nram Regiam Magce sincere nobis dilecte. Relatum est nobis nomine nobilis Henrici a Tisenhausen de Hastfer, quod licet per Generosum Mathiam Lesiek Capitaneum nrum Nowogroden. vigore Decretorum Reverendissimi in Christo Patris Domini Cardinalis Radzivili prorex in Livonia locum tenen. Regij et Generosi Stanislai Pekoslawsky Capitanei Sendomirien. Marienburgen. ac Generalis in Livonia Commissarij, tum etiam mandatorum nostrorum in bona nobilis Georgij Bertlini in certa pecuniis summa necnon rone certis hereditariis quae illi in eisdem bonis debetur immissus sit eademque bona per certum temporis spacium teneret et pacifice possideret ex possone tamen eorundem bonorum est per praefatum Berlinum violenter expulsus et eiectus. Atque cum praedictus Tisenhausius vigore mandati nostri per praenominatum Capitaneum nostrum Nowogrodcen. in praedicta bona denuo immissus esset Berlinum nulla prorsus habita rone mandatorum nostrorum et dignitatis nostrae Regis cum id per vim et armata manu facere nequivisset, ad alias artes confugisse praefatumque Tisenhausium domo cum suis oppressum et nihil tale metuentem incendio noctu eiecisse. Ita ut is e flammis nocturnis agmine et non sine maximo vitae periculo cum eis quos penes se habuit sese proripuerit remque suam iacturam fecerit. Neque his Berlinum contentum fuisse sed

362